



PHILOSOPHUS  
DE  
ANIMA SUA EX RATIONE COGITANS.

CAPUT I.

EXISTITENS QUOD IN ME COGITAT.

1. Cogito: ipso certe naturae sensu ac  
tacita quadam admonitione com-  
perio, quod memet ipsum a rebus extra  
me positis, illasque ab in vicem fecer-  
nam & internoscam; perspicuum quip-  
pe mihi est, me non esse calamum, quem  
manu nunc teneo, nec calamum esse pul-  
pitem, cui adstans haec scribo, nec pul-  
pitem esse cubiculum, in quo dego, ip-  
sumque cubiculum esse quidpiam ab iis,  
quae in illo & extra illud conspicio pror-  
sus diversum. Cogitatio.

2. Cum inter me & calamum, hunc  
inter & pulpitem resque circa me alias  
discerno, mei non minus, ac rerum  
tra me positarum quatenus menti obser-  
van- Cogitatio.  
nis Con-  
scientia.

A

van-